**2458** ara ex lapide Albano. Repertam esse prope viam Appiam *all' ottava pietra da Roma, in un vignato nei confini territoriali di Marino*, scribit RANGH.; at in vinea Zoffoli *a' muri de' Francesi*, qui locus distat a Roma aliquanto plus octo milibus passuum, vidit ROSA. Quo postea pervenerit, mihi non constat.

PHILEROS
EX · DECRETO · XXX · VIRVM
SACELLVM · SEMONI
SANCO · DE · SVA
PECVNIA · FECIT

Henzen *bull. dell' Inst.* 1853 p. 131, syll. n. 6999 ad apographum Petri Rosae adhibito ut videtur ectypo. Ranghiasci *L' Album* vol. 18 (1851) p. 304; Grandi ms.

Quamvis locus quo reperta vel descripta est aliquantum distet ab eo quo prodierunt inscriptiones certo Castrimoenienses, nihilo minus recepi in hoc caput, propterea quod trigintaviri (v. 2) videntur esse decuriones Castrimoenienses (cf. ad n. 2466 v. 41).

**2459** fragmenta lapidum eruta prope Marinum oppidum in vinea Septimii [sequitur plerumque in ms. Donii spatium vacuum destinatum ad recipiendum Septimii illius nomen gentilicium] DON. ms. de hac et n. 2460—2462. 2471. 2472. — Vineam illam Septimii eandem esse suspicor atque eam ubi hodie extat n. 2474.

*imp. caesari diui fil.*
*august*O
*pontif. maxi*·COS·XIII
*imp. xiiii trib. p*OTESTAT · XXIIII — a. 754/5
*patri* PATRIAE
*castri*MOENIENSES
O

Donius ms. Neap. p. 78, 5, ed. 3, 24 (inde Mur. 1060, 3); idem exemplum ex schedis Barberinis protulit Fabretti 688, 101.

2 ante COS fragmentum ex M ut videtur residuum exhibet Donius, om. Fabr. — 3 POTESTAT Don. ed. et Fabr. — 6 fortasse [*patron*]o.

**2460** fragmenta effossa ibi ubi n. 2459.

*ex li*BER*alitate imp.* C A E S *diui*
*traiani par*THI*ci f. diui* N E R V A E *n*
*traiani* H A D R I A N I · A V G
E C V N VETVSTAT
*muni*CIP · CAS *tr* I · MOENIEN*s*

Donius ms. Neap. p. 78, 5, ed. 3, 25—27. 29 (inde fragmentum intuenti dextrum Mur. 1060, 4). Pendet inde Fabrettius 688, 102 qui protulit duo fragmenta maiora, citans schedis Barberinas.

Coniungenda esse haec fragmenta, ut coniunxerunt ea Donius ms. (non ed.) et Fabrettius, apparet. Incertus est solus v. 4; Mommseno in mentem venit supplere [*adiecta* | *p*]*ecun*(*ia*) [*pub*(*lica*)] *vetustat*[*e corruptam...*] — 5 CASTRI Fabr., supplens.

**2461** in eadem vinea Septimii prope Marinum basis nuper effossa ex lapide piperino DON. ms.

*m.* AVRELIO CAESARI
COS II — a. p. Chr. 145
IMP · CAESARIS *t. ae*LII
HADRIANI ANTONINI
AVG · PII · PONTIFIC · MAXI
MI · TRIBVNIC · POTEST
IMP · II · COS IIII
P P · FILIO
DECVR
CASTRI MOINIENSIVM

Exhibet Donius ms. Neap. p 78, 3, cui dedit, ut ipse dicit, Paulus Mancinus, ed. 3, 23 (inde Mur. 1060, 2), ubi dicitur descripsisse ipse Donius. Idem exemplum in schedis Barberinis invenerat Fabretti 688, 103.

1 AVRELIO Don. ms., ...VRELIO Don. ed., AVRELIO Fabr. — 3 FILII traditur (correxit Marinius Arv. p. 350 not. 9). — 7 fin. IIII Don. ms. et Fabr., III Don. ed.

**2462** ibi ubi n. 2459.

*imperatori caesari*
*diui* · ANTONINI FIL *diui*
*hadri*ANI · NEPOTI *diui*
*traian*I · PARTHICI · PRO*nep*

Donius ms. Neap. p. 78, 5, ed. 3, 28.
Aut Marci aut Veri.

**2463** tabula marmorea. S. l. GIORG. — Prope Marinum in vinea de Valentibus, nunc de Gabriellis, ad veteres fornices GVARN. Ibi extat.

MARCO
AVRELIO · IVLIANO
A RATIONIBVS
ET A MEMORIA
SOCERO OPTIMO
SEX · PEDIVS
IVSTVS

Descripsi. Giorgi sched. Casanat. (inde Corp. vol. VI n. 1596); Guarnieri sched.

*M. Aurelii Iuliani a memoria* habemus praeterea tubum plumbeum repertum prope Romam, apud Fabrettium 543, 395 et Lancianium syll. aquar. n. 236; idem videtur postea promotus esse ad praefecturam praetorii, teste titulo Brixiano Corp. V, 4323; unde apparet titulum Marinensem non esse sepulcralem, sed honorarium. Plane gemellus huius tituli videtur is quem idem Pedius Iustus posuit patri, editus Corp. VI n. 1597; ita ut hunc quoque stetisse prope Marinum conieceris.

**2464** Marini in aedibus [*scr.* aede] S. Iohannis et Luciae IVC. — In agro Nomentano PICC., male relata, ut puto, ad hunc titulum indicatione quae pertinet ad titulum Orell. 208 collocatum in codicibus Iucundianis tertiae recensionis 'in agro Nomentano ultro Anienem' et vere Nomentanum.

L · CAECILIO · L · F · RVFO
Q · TR · PL · PR · PRO COS

*ab alio latere* IVC.
DIS · MANIBVS
SACRVM
L · CAECILI · RVFI

Servavit Iucundus rec. 3 (cod. Cicognae f. 150'). Inde Piccart n. 232; ex hoc Reinesius 6, 16 (inde Orelli n. 588). Huius corporis vol. I n. 639.

Versuum divisio nostra est. — *a* 2 P· pro PR· Rein. errore typographi. — *b* 1 DIIS cod. Cicognae. — MANIB· Piccart.

**2465** cippus marmoreus. Marini in aedibus Columnensibus, rep. prope Montem Crescentem agri Marinensis, deinde Romae apud Vincentium Colonna HENZ.

ØRO · ET · C
OCTAVIO
APOLLON
IO · FILIS · ER
EPTIS FATIS · IN
IQVISSIMIS AP
OLLONIVS · PA
TER · CAESARIS
N · TABELLARI
VS · INFELICISSI
MVS · ET · OCTAVI
A · NEGOTIATRI
X · MATER

Descripsit Henzen.

**4227** rep. a Boccanera ibi ubi n. 4226.

D M
P R O T I
QVI VIXI
ANN XIX
5 SOROR PIA
FECIT

Lanciani *bull. communale* 12 (1884) p. 163.

**4228** in fragmento marmoreo quod aliquando pertinuit ad candelabrum scriptum excisis ornamentis. Rep. una cum n. 4226.

C O N S E R
B M F
V A X X I

Lanciani *bull. communale* 12 (1884) p. 163.
1 CONSLI editum est.

## XII. CASTRIMOENIVM (p. 239).

ad n. 2463. Titulum ab eodem Pedio Iusto positum matri habes huius Corp. vol. VI n. 23891.

ad n. 2464. Oblitus sum addere, hunc videri esse eum ipsum L. Caecilium Rufum qui fuit tribunus plebis a. 690/1, praetor urbanus a. 697. Cf. Mommsen Corp. vol. I ad n. 639.

ad n. 2466. Specimen scripturae (vv. 10—13) dedit Huebner exempl. scr. epigr. n. 1068. Puncta deesse plerumque ait Huebner.

ad n. 2475. V. 1 supplendum est, ut observavit Hirschfeld, [*L. A*]*rellio*, v. 4 itemque v. 5 [*L. Are*]*llius*, ex titulo posito colliberto huius Alexandri *L. Arellio Glabrai l. Diophanto* edito huius Corp. vol. I n. 1026, vol. VI n. 12289. Is cum repertus esse dicatur in via Appia, probabile est utramque inscriptionem antiquitus una stetisse, postea autem alteram loco motam esse.

ad n. 2484. V. 3 supple [*M.*? *Acilius Glab*]*rio Cn. Cornelius Severus* ex inscriptione nuper reperta n. 4237. Ceterum quomodo conceptus fuerit totus titulus, adhuc latet. Potest fuisse sepulcralis pòsitus ab Acilio Glabrione et Faustina coniuge (nepoti huius Acili Glabrionis cognomen fuit Faustinus, cf. huius Corp. vol. IX p. 218) filiabus duabus, quarum alteri et ipsi nomen fuit Faustina, alteri ....cilla Aciliana.

**4228** *a* prope Marino in vinea Ingami.

DOMI|*t..*
EVTY|*ch..*
DOM|*it..*
MEC|

Descripsit Tomassetti; idem edidit *archivio della soc. rom. di storia patria* 8 (1885) p. 434.

## XII *a*. AD DECIMVM.

**4229** fistulae plumbeae effossae in vinea Senni, *in contrada Ciampino.*

PVB · DECIMIENSIVM
/ / / / / / / ENSIVM

Ex apographo Tomassettii edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 159; Gatti *bull. municipale* 1887 p. 12.

*Pub(licum) Decimiensium.* Decimienses praeterea nondum innotuerunt, nota est ex itinerario Antonini p. 305 — in tabula Peutingerana nomen excidit — statio *ad Decimum* viae Latinae prima, X mil. pass. ab urbe. Eis qui ad hanc stationem habitabant fuisse imaginem rei publicae, certe fuisse arcam communem, haec fistula docet; probabile est fuisse eis etiam magistros vel magistratus. — Stationem *ad Decimum* incidere in fundum Ciampino olim observatum erat (cf. Nibby *anal.* 1 p. 461).

**4229** *a* in aedibus vineae Senni, ibi prope rep.

*dis m*|ANIBVS
|IVS·EPAPRO
*ditus* |HARPASTENI
*c ris*|SIME COI · ET
*pos*|TERIS·QVE
*eoru*|M FECIT

Lugari apud Armellinium *cronichetta mensile* 1885 p. 139

**4229** *b* in vinea Senni.

*dis*| M A N I|*bus*
AE IVLI
VLIMA
ARIS

Descripsit Tomassetti.

**4229** *c* ibi ubi n. 4229 *a*.

D M
PETTETIAE FORTVNA
TAE DOMITIVS TELE
GONVS VXORI FECIT

Lugari apud Armellinium l. c.

## XIII. *Grottaferrata* (p. 244).

ad n. 2553. Addere debui quae Henzenus *bull.* l. c. ad explicandum obscurum hoc carmen attulit. Marito Secundae nomen fuisse putat Orbio Natali (v. 2. 3 *Orbi namque Secunda fui*; 4. 5 *una Natalis*); ei Secundam iunctam fuisse septimo matrimonio (id enim significari verbis *quia nos septimus ussit amor*; probabilius Wilmannsius ex inscr. n. 575 cogitat de matrimonio septem annorum); *fatales* (v. 2) esse mortales, *securos* (v. 4) mortuos.